



Universitätsbibliothek Paderborn

Ivdex Magistratvs Senator

Zype, Franciscus van der

Antverpiæ, 1633

Cap. XXXIV. Pulcher.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14280

2. ne tolerata paupertas, dein magna opes innocentia parte, & modestè habite. Tac. l. 4. Diuitiarum in hunc finem commendationem satisfacti executi sunt Tiraquell. de nobilit. c. 3. Borel. de magist. c. 13. & Marf. in legat. c. 14.

Innocenter
parte sine
diuitie &
modestè
habite.

CAPVT XXXIV.

Pulcher.

1. Species di-
gnam im-
perio com-
mendat.

Corpore etiam non vitiatos, sed decorâ facie Magistratus esse conuenit, quia
Gratior est virtus veniens è corpore pulchro.

E contrario,

*Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine lœsus
Rem magnam præstas Zoile, si bonus es.*

Non tamen decoro corpore superbiat, quia non in tibiis viri beneplacitum erit Deo. Psalm. 146.

Pulchri corporis commendationem in Iudice pulchre exequitur Borell. magist. l. 1. c. 3.

CAPVT XXXV.

Legitimus.

1. Infamis
non sit In-
dex, et si ex
eo ortus nō
arceatur.

2. Adeoque
nec spurius
nisi compe-
titor sit
legitimus.

Famosos lex remouet à Magistratibus; neq; infamib; pater patitur portas dignitatū. L. 2. C. de dign. l. 10. sed quoad ortos ex iis, nō est impedienda dignitas eius qui nihil adinicit, l. 6. §. 1. D. de decur. Nulli, inquit lex, patris delictū innocentii filio pœna est: ideoque nec ordine decurionum, aut ceteris honoribus propter eiusmodi causam prohibetur (excipio perduelliū liberos, L. 5. C. ad l. Iul. maiest. in quibus maiestatis periculum singulare ius exigit) vt neque spurijs tanquam parentum vitio infames arceantur. L. 3. . 2. de decur. sed competitori tamen legitimè quæsito cedunt, d. . 2. Vnde legitimè natos, non spurijs hodie Magistratibus admouendos demonstrat idem Borell. c. 7. cùm raro alij desint. quod ibi maximè obtinet, vbi spuriorum nativitas existimationem imminuit, maximè apud Germanos, atque Belgas. vnde in Brabantia nostra legibus lœti introitus naturales à dignitatibus arcentur. etiam in sacris id adeo receptum in aliquibus locis, vt neque legitimations vllæ extra subseqens